

inter Professores Chymicos tūm quidem regnans, An. 1658. de Ferro Dissertationem publicavit, & instituit anatomiam Martis. In ejusdem Cap. 4. §. 2. propugnavit hæc: *Multa jactantur de conversione Martis in Venerem; ita, ut reverà Mars per aquas Vitriolatas in Venerem transmutetur; cujus rei multa passim extant exempla, & historia; verūm fides penes Autores suos sit; & falsam hanc esse plurimi, majoris veritatis fideiq̄, Viri candidè testantur; quæ de re vide Sennert. in Paralip. ad libr. de consens. Chymic. cum Aristot. & Galen. itemq̄, Batsdorffium. Fit enim tantūm per Martem precipitatio Veneris, quæ in Vitriolo latebat; eodem planè modo, ac si Luna in Aqua F. solvitur; & quæ sequuntur plura. Fallor? an & alius celebrior (nectamen luscus, inter cœcos, Rex hic dici debet,) Metallorum metamorphosin non entibus annumerans, negavit, fieri è Cupro Ferrum. Possis meritò mirari, cur nec vera referentibus Historicis Metallicarum rerum gravibus, Georgio Agricola, & Petro Albino, nec Naturæ ipsi atq̄; rationi fidem adhibuerint? Sic ille, in fossil. nat. lib. 9. Ferrum quoq̄, alieno inficitur colore; quod mirum videri non debet. Nam Smolnicii, quod oppidum est Carpati montis, ejusq̄, partis Hungaria, quæ quondam Dacia nominabatur, è puteo extrahitur aqua, & in canales triplici ordine locatos infunditur; in quibus ferri portiones posite in æs vertuntur. Minutum autem ferrum, quod in fine canalium collocatur, talis aqua ita exedit, ut fiat, quasi lutum quoddam. Id verò omne postea excoctum in formacibus fit æs, purum bonumq̄. Hic autem in Misnens. Chron. Metall. f. 66. tit. 7. Es ist auff dem Cuttenberg sonderlich auch bewiesen worden / daß die Künstler eine Kieß oder Kupfferlauge gießen können / darinnen das Eisen gar zu einem muck / und endlich zu Kupffer wird; gleichwie im Zipsers*

C 2

Bruno